

1639. g. 19. qbr.

Ex MS. Bibl. Palus.

517

Bruxellis de data 19. qbris 1639.  
ad Epum Cracoviens.

152

Cognoverit ex anterioribus meis Illma et  
Rnoia Dnae Vra in felicem Classis Re-  
gie relationem et decessu. Propebant se mo-  
do Dimittite superstiles Naves, ut versus Hi-  
spania redeant. Dunkerchani interim post  
dictam stragem diversis vicibus septemdecem  
hostiu Naves tum bellicas tum mercatorias  
Gallicas et Hollandicas revexere, particula-  
ria damnum est sed parum Republice Statu  
concernit. Posteaquam recepti in Urbe Brisach  
1200 Galli remanentibus ibidem totidem Presi-  
dianis Germanis et Suecis, Gubernatoribusq  
similiter Germano et Sueco, qui fidelitatis ju-  
ramentum Regi Gallie in manus Ducis de  
longeville prestiterant, descendit et Dux lon-  
geville cum reliquis Weymarii Cepiis versus  
Palatinatu et Urbes Neustat, Oppenheim et Rin-  
gen occupavit, Vereor ulteriorem ejus successu.  
Detinetur adhuc in Gallia in Castro vel potius  
carcere vulgo Bois Vicennes, Comes Palatinus,  
qui ex Anglia in Galliam incognitus versus  
Brisach tendere cogitabat. Tendebat Princeps  
de Conde / cum exercitu 18000. mille peditu  
et 6500. equitum, ut Galli ipsi perscribunt flo-  
rentissimo / ut Urbi salces a Gallis antehac  
occupatas et ab Hispanis jam obses, ferret  
suppetias, sed imbre extraordinario superveniente,  
qui vias

qui vias in vias reddiderat, imò amplius quàm  
trecentos submerserat, primo subsistere coactus  
est, sed diffluentibus aquis intentio suam e-  
sequi conatus fuit, sed infeliciter caso enim  
ad interuentionem legionum Provinciae Borri  
et Nantes et fere Voluntarii Miles omnes ita  
ut ultra 5000 in campo strata fuerint, reli-  
quus Exercitus in confusione actus recessit, re-  
lictis plurimis Nobilibus. Salces vero ubi spe  
auxilii exutum sese vidit, biduo post se dedi-  
dit, Unde emissi Presidarii Galli omnes cum  
bacillis in manu, Gubernator autem solus  
ense accinctus abiit. —